



Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalivm Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantùm ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Roche posay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

A Martino IV. Creati cuius aliquas Epistolas in historia Regum Aragoniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

Honorij 3. in Galliam; Senatoriam populi Romani dignitatem, Se-
Apostolicæ restituit, factus Pontifex Remp. sublatis discordiis com-
posuit, Christianos Principes sacro fædere iunxit, Ptolemaidem co-
piis adiuvuit, Flaminiam in Pontificis iterum ditionem rededit, pu-
blicum in Montepessulano Gymnasium instituit, probos & erudi-
tos in cognitorum loco tantum habuit, Lateranensem & hanc Be-
silicam structuris & opibus auxit; tandem Iustitiâ & Religion-
orbem terra moderatus, magna sanctitatis opinione obiit Pri-
Non. Aprilis 1292. Pontificatus sui anno quinto.

A. MARTINO IV. CREATI
cuius aliquas habes Epistolas in historia
Regum Aragonie.

HUGO DE Evesham Atratus Anglus Cardina-
lis, Mathematicis artibus eminenter innotuit, & ob
medicæ artis absolutam peritiam cui subiecta opuscula
fidem vindicant, Phœnix suo sæculo vocatus est, scripsit
Super opere febrium Isaac.

Medicinales Canones.

Problemata quædam.

Distinctiones prædicabiles.

Postillas super Bibliâ, Et alia quædam. Obiit Ro-
mæ anno 1287. Iacetque in æde S. Laurentij in
Lucina, marmoreo monumento absque ullo
tamen elogio.

GERVASIVS GIANCOLETVS de Clinchæp Cœ-
nomanensis Gallus, ex Decano Parisiensis Ecclesiæ Car-
dinalis, & Apostolicæ sedis apud Philippum Francorū
Regem Legatus.

Quædam in Theologia scriptitasse fertur, quæ non

F ii

Nomencl. Sancte Romane

exiguo rei literariæ intertrimento, oculis nostris
vetustas subduxit, ut indicat Cortesius. Obiit
anno 1287. Romæ sepultus in æde Sanctorum Syl-
uestri & Martini, cum hoc Epitaphio, cuius cadu-
cæ literæ visum ferè effugiunt.

Hic iacet Dominus Geruasius Cardinalis Cœnomanen
.....amare sta 69. constans cōment..... 40. quæ misce
.....osine fine

B E N E D I C T V S C A I E T A N V S Anagninus Car-
dinalis, qui postea Bonifacius Papa 8. Dyni Mugellani
nandus auditor, scripsit

De Christianæ fidei & Romanorum Pontificum
persecutionibus.

De regulis Iuris.

De Indulgentiis anni Iubilei.

Epistolas plures, quarum duę extant apud Mathæum
Vestmonasteriem.

Orationem. *Ave virgo glorioſa.*

Sextum item Decretalium librum, doctorum aliquot
opitulatione peractum, publicauit.

Regestique eius volumina 4. in Bibliotheca Vaticana
seruantur. Obiit anno 1303. iacetque in Basilica
Vaticana.

A NICOLAO IV. C R E A T I .

M A T H Æ V S D E A Q V A S P A R T A Tudertinæ
Diœcesis ord. Minorum Cardinalis, & Theologus qua-
sitissimus, scripsit

In Epistolas Pauli.

Quodlibetales quæstiones.